

Sabbatis per Adventum, Capitulum Ecce dies véniunt., ut Sabbato ante Dom. j. Adv.; R̄. proprium; Hymnus Cónditor alme síderum., V̄. Rorate., ut Sabbato ante Dom. j. Adv.; ad Magn. Ant. propria.

✚ Sabbatis post Oct. Epiph. et Sabbato ante Septuages., Capitulum Benedíctus Deus., ut Sabbato ante Dom. j. post Oct. Epiph.; R̄. proprium (si Historia Dominicalis in sua prima Dominica fuerit inchoanda); Hymnus O lux beáta Trínitas., V̄. Vespertina orátio., ad Magn. Ant. Peccáta., ut Sabbato ante Dom. j. post Oct. Epiph.

✚ Idem fiat Sabbato ante Sexages. et Sabbato ante Quinquages., præter Antiphonas ad Magn. quæ suis locis per hebdomadam dicendæ notantur.

✚ Sabbatis Quadrages. usque ad Sabb. ante Dom. in Passione exclusive, Capitulum Hortámur vos., ut Sabb. ante Dom. j. Quadrages.; R̄. proprium; Hymnus Audi benigne Cónditor., V̄. Angelis suis., ut Sabb. ante Dom. j. Quadrages.; ad Magn. Ant. propria.

✚ Sabbatis ante Dom. in Passione et ante Dom. in Ramis palmarum, Capitulum Tu autem Dómine Sábaoth., ut Sabbato ante Dom. in Passione.; R̄. proprium; Hymnus Vexilla Regis., V̄. Eripe me Dómine ab hómine malo., ut Sabbato ante Dom. in Passione; ad Magn. Ant. propria.

✚ Sabbato in Albis, Capitulum Christus resúrgens., Hymnus Ad cenam Agni próvidi., V̄. Mane nobíscum., ad Magn. Ant. propria.

✚ Idem fiat quatuor Sabbatis post Oct. Paschæ, præter Antiphonas ad Magn., quæ suis locis per hebdomadam dicendæ notantur (et præter R̄. Vidérunt te., Sabb. ante Dom. iij. cantandum.)

✚ Sabbato ante Dom. j. post Oct. Trin., et deinceps Sabbatis usque ad Adventum, Capitulum Benedíctus Deus., ut Sabb. ante Dom. j. post Oct. Epiph.; R̄. proprium (si Historia Dominicalis in sua prima Dominica